

Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per
Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum,
quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia
Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1719

Quæst. 291. An & quantum restituere debeat vendens merces vitio
affectas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73957](#)

vendor sciret emptorem non empturum agnito
vitio, ut contra Abb. in c. *injustum de rer. permitt.*
Nav. *man. c. 23. num. 89.* Jo. Medin. Rebell. &
alios apud Castrop. *loc. cit. num. 14.* tenet idem
citatis S. Tho. 2. 2. *quest. 77. a. 3.* Valent. d. 5.
quæst. 50. p. 4. concl. 2. Soto, de *Jus. 1. 6. qu. 4.*
a. 2. concl. 5. Molin. d. 353. *post 7. concl.* Pet.
Nav. de *ref. 1. 3. c. 2. num. 59.* Laym. l. 3. tr. 4.
c. 17. §. 2. n. 15. Arg. l. 1. §. *proinde ff. de edilit.*
edit. & ea potissimum ratione; quod in talem oc-
cultationem vitii non adeo noxi videantur emen-
tes & vendentes consentire, ne aliis passim con-
tra eos dissolvi possent cum magno saepe mercato-
rum damno; aut etiam quod, si omnes circum-
stantiae manifestarentur, emptores saepe ab em-
ptione cessarent, mercionia deficerent, merca-
toribus remanentibus sine lucro, mercibus inter-
rim invenditis corruptioni expositis. Quæ omnia
spectantia ad bonum commune levii incommode
& jactura, quam non manifestata sibi defectu ex-
guo emens subit, præponderant. Neque his ob-
stant, qua habet Ambros. l. 3. *officior. c. 10.* in
contraictibus vitia eorum, qua vaneunt, prodi ju-
bentur, ac nisi intimaverit vendor, quamvis in
jus transferint, dolis actione vacuantur, &c. uti nec
alia leges familia habentes. Quia, ut Castrop. cum
Molin. intelligenda de occultatione vitii, quod
mercem notabiliter iniurie reddit. Neque etiam
obstat, quod dicta occultatio reddat emptionem
aliquo modo involuntariam, cum relinquat sim-
pliciter voluntariam.

6. Resp. quinto: Dum defectus occultus est
in pondere vel mensura. V.g. dum quis emit vo-
lumen panni continens 45. ulnas, quod putat con-
tinere 50. tenet vendor illum defectum mani-
festare, vel juxta proportionem defectus pre-
mium minuere, quod ubi non fecerit, venditio qui-
dem est valida, iusta tamen; quia non servatur
æqualitas, & fraus committitur, ac proinde datur
emptori actio redhibitoria, vel quanto minoris.
Castrop. *loc. cit. num. 5.* cum communis. Licere
vero etiam absque obligatione restituendi minuere
mensuram, v. g. ulnam, ut justum premium con-
sequaris, illud alias non consecuturus. V. gr. in
casu, ubi premium inique laxatum & justo minus
statutum, vel ubi emptores inter se convenuerunt,
ne premium justum offeratur, astruunt. Molin.
d. 353. *in fine.* Rebell. *loc. cit. quæst. 10. in fine.*
Laym. *loc. cit. num. 15.* Salas. *loc. cit. du. 35. n. 4.*
apud Castrop. *loc. cit.* iis non contradicentem. Eo
quod sic servetur adhuc æqualitas inter datum &
acceptum; & venditores non teneantur cum in-
justo damno vendere, vel mercaturam seu officia
sua Reipublica necessaria exercere. Monent ta-
men citati AA. dictos casus non tam facile admittendos;
cum iniquitas in tali taxatione facta à Magis-
tratu vel persona publica, aut etiam in communi-
tate ementium non facile præsumatur. Unde
etiam in dubio justi pretii talis fraus seu vitiation
mensura nullatenus adhibenda.

7. Resp. sexto: Dum vitium est in pretio, v. g.
pecunia, quam quis pro pretio solvit, non est tanti
vel etiam certi valoris, sed dubii aut litigiosi, te-
netur id totum venditori ignoranti manifestare. De
Lugo. *loc. cit. f. 7. §. 2. num. 1.* qualiter autem, si
emptor sciat valorem pecuniae post unum alterum
vè diem minuendum decreto publico, an possit de
hoc non monito venditore, adhuc currente pre-
tio rem emere, dictum est supra *quæst. ante hanc 5.*
vide etiam de hoc fusè agentem de Lugo, *loc. cit.*

Quod attinet onera rei venditæ imposta, an &
qualiter ea manifestare vendor dicetur, *quæst. post*
hanc 4.

8. Illud hic adjiciendum ex de Lugo, *loc. cit.*
num. 135. illum, qui merces ob vitium occultum
vilius justo pretio vendit sine prajudicio empo-
rura committere injustitiam contra alios mercato-
res, dum hi, nisi velint destitui emptoribus ad alium
tum minoris vendentem concurrentibus, coguntur
merces suas meliores & vitio carentes eodem viliori
pretio vendere, si hoc frequenter faciat, ita ut
ratione hujus deceptionis mutetur premium com-
munis fori; eò quod sic per fraudem abducatur
emptores ab aliis mercatoribus habentibus jus, ne
per vim vel fraudem emptores ab iis removeantur.
Secus verò, seu non committi illam injustitiam, &
ea occasione non minuatur premium commune fori.
Ita de Lugo, qui etiam addit, non credere se con-
demnando esse eos, qui artificiose efficiunt, ut
merces suas appareant meliores aliorum merci-
bus, utpote quod omnes facere conantur circa ta-
citum dolum; cum per hoc nec tacite neque ex-
pressè dicant suas merces esse meliores.

*Quæst. 291. An & quantum restituere
teneatur, qui merces vitio affectas
vendidit?*

R Esp. Præter sparsim de hoc insinuata quæst.
præced. si vendor conscius vitii occulti illud
non manifestavit, tenetur restituere & compen-
sare onne damnum, quod inde emptori & aliis
emergit. D. Thom. 2. 2. *quest. 7. a. 8.* Molin.
d. 303. cum communis juxta expressum textum *L. Julian.*
ff. de aet. empti. Si vitium ignoravit, non
tenetur ad ulla damna compensanda, sed tantum
ad restituendum id, quanto minoris emisset em-
ptor, si vitium cognovisset juxta *cit. L. Julian.*
Molin. *loc. cit.* Leff. Nav. *Sylv.* & alii apud Reif-
fenst. b. t. n. 187. cum communis, vel etiam juxta
dicta, *ref. 4. ad quæst. præcedent.* ubi res vendita
ob vitium proflus inutilis deprehenditur, ad totum
premium restituendum, nisi forte premium esset præ-
scriptum, vel bona fide absumptum absque eo,
quod vendor inde factus dicitur. Quin etiam, si
emptor inculpabiliter ignorans vitium, & nullatenus
de eo suspicatus, ad majorem tamen caute-
lam tempore venditionis sic expresse pactus fuisset
& dixisset, se tanti vendere & non aliter, nec velle
teneri se ad quicquam ratione vitii, si forte ali-
quid inesset, postmodum apparente vitio ad nihil
tenebitur. Arg. *L. quaro. ff. de aet. empti;* & ea
ratione, quod hoc ipso, quod emptor voluntarie
& scienter in se suscepit periculum, eventum
quoque periculi in se suscipere debeat, & scienti
& consentienti non fiat injuria aut dolus; citat
pro hoc Reiffenst. n. 185. Molin. *ubi ante. n. 16.*
& aliorum communem. Secus tamen est, & non
juvat venditorem vitii consicum, quod tali modo
pactus fuisset; sed tali pacto seu protestatione non
obstante, tenebitur resarcire emptori omnia damna;
cum talis clausula non patrocinetur nisi ignorant
vitium, *cit. L. quaro.*

*Quæst. 292. Num emptor quoque tenea-
tur monere venditorem de bonitate
rei?*

1. R Esp. Tenetur emptor gnarus bonitatis rei
venditori simplici & ejus ignaro eam mani-
festare, vel ultra illud, quod vendor petit, augere
pre-